



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Margarita Evangelica

Essche, Nicolas van

Coloniae, 1545

Oratio interna pro perfecto amore. 43

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49323](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49323)

MARGARITAE EVANG.

ta, cordis angustia, poenis atq; doloribus tuis, q; pro me ex amore in hac valle lachrymarū susti- nuisti. Et hoc pro qualicunq; gratitudine hic & in aeternitate. Dixisti siquidē, o amantissime, in il- la nouissima cœna tua, quādo te ipsum suscipiēs, nobis quoq; te ipsum dedisti. Desiderio desidera- ui hoc pascha manducare vobiscum. Sane im- pletum est domine desiderium tuum. Ecce enim & te ipsum suscepisti, & nobis quoq; te ipsum de- disti. Rogo itaq; te, o aeternae Deus, imple & nūc desiderium meum, & trāsmuta me in te, & cum gratia tua mane in me, vt ego in te & tu in me gaudium habere possimus, Amen.

Oratio interna de summo bono in nudo animæ fundo exercendo pro perfecto Dei amore obtinendo. Cap. XLIII.

IN nomine patris, & filij, & spiritus sancti Credo in Deū. O benedicte Deus, quis es tu? Summū vtiq; bonum, essentia omnis essen- tia, lumen omnis luminis, & vita omnis vite. O increata essentia omnis essentiaē dñe Deus me- us. Ecce te ipsum mecum vniisti, volens vt per- petuo viuere & esse debeam, & es vita animæ meæ. Quia ergo te ipsum mecum vniisti, volun- tatem meā totaliter proijcio in diuinā essentiam tuam, rogans te, vt me sic vti velis, sicut vti tūc poteras, qñ adhuc minime creatus erā. (Quærit spūs creatus) Quis es tu, o dñe Deus meus? (Re- spōdet summū bonū) Hoc soli mihi cognitū est. (Spūs) Nōne ad hoc me fecisti dñe, vt te ipsum per te ipsum cognoscā, cognoscendo diligā, & di- ligēdo fruār? Quis igitur es tu? Iussisti & vis vt te diligam. Sed quomodo diligere possim inco- gnit-

LIBER III.

gnitū? Quis es obsecro dñe Deus meus? manife-
 sta teipm mihi. (Summū bonū) Equidē æterna,
 vnica, diuina, amabilis, dulcis, delectabilis, tran-
 qlla, virtuosa, incōmutabilis, immobilis, & gau-
 diofa sum essentia. Et talis essentialiter sum in te
 & in omnibus hominibus, quippe qui vos oēs
 ex æquo redemi. (Spiritus) Quare o dulcissime
 sic intra me esse voluisti? (Summū bonū) Quia
 licet ex te malum facere possis, bonum omnino
 sine me non potes. (Spiritus) O domine Deus me-
 us, creator et redemptor meus, per sanctissimam
 amarissimamq; passionē tuam te obsecro, dimit-
 te mihi omnia mala mea, in quibus me miseri-
 corditer hucusq; tolerasti, nec eorū iam velis me-
 mor esse amplius, sed fac me idoneum ad ado-
 randum te in spiritu meo. ¶ O domine Deus
 meus iussisti mihi, vt te diligam ex tota anima
 mea, ex toto corde meo, & ex omnibus cogitatio-
 nibus meis, & proximum meum sicut meipsum.
 Sed istud sine auxilio tuo non possum. Ideoque
 & petere me voluisti, & exaudire te promissi-
 sti. Denique sic ais; Si duo ex vobis consenserint
 super terrā, de omni re quācunq; petierint, fiet il-
 lis. Nunc ergo, o dñe Deus meus, ecce hic coram
 adsum cum anima, corpore & spiritu meo in di-
 uina p̄sentia tua in simplicitate spūs mei, in qua
 tu existis, rogās te per merita sacri vulnerati cor-
 poris tui, fac lucere per illud diuinitatem tuam in
 corpus meum, & da mihi sic te diligere, sicut te
 diligunt charissimi in hoc mundo amici tui, hoc
 est, ex toto corde meo: Rogo etiam per merita
 sanctæ dolorosæ animæ tuæ, fac lucere per e-
 am diuinitatem tuam in animam meam, & da
 mihi tātō te amore proseq, quāto te sanctissimæ

FF iij ia

MARGARITAE EVANG.

In caelestibus aīe prosequitur. i. diligere te ex tota anima mea. Rogo denique per merita deificati humani spiritus tui, fac radiare per eum diuinitatem tuam in spiritum meum, & fac me tam ardentem te amare, sicut supremi spiritus angelici te amant, id est, ex tota mente mea. Sicque diligam cum spiritu, anima & corpore meo. In spiritu quidem ad gloriam tuam, in anima ad honorem tuum, & in corpore ad delicias tuas. Oro in super dulcissime domine Deus meus, conuertere omnes peccatores, & consolare omnes desolatas animas in purgatorio detentas. Et lux aeterna, quae in eis est, & ipsis, & nobis omnibus luceat. Quodque pro me, petij largire vniuersis, quatenus omnes tecum vnum in vinculo dilectionis & pacis, & in vnitatem spiritus effici mereamur, o vnice, aeternae ac superdulcissime Deus, quies benedictus in secula, Amen.

Oratio interna pro venia peccatorum, pro susceptione venerabilis sacramenti, & pro puritate cordis. Cap. XLIII.

CRedo in Deum. Quod videlicet tu domine in me existas, & vita sis animae meae, mecumque semper permanebis. Quālibet enim multa mala faciam vel feci, semper mecum secundum essentiam tuam permansisti, quippe cum sis vita animae meae. Sed nec in teipso turbatus mihi intercedis. Quia Deus immotus in teipso permanes. Attamen amicitiam tuam subtrahis animae peccanti, & lumen ei gratiae tuae infundere recusas, ipsumque lucere in ea non sinis, quā diu peccatis sponte inhaeret. Ideoque quāties me peccasse deprehendo, intus alioquin te Deum meum debeo, dicendo: O domine Deus meus
ecc